



## **Modus legendi abbreviaturas in vtroq[ue] iure**

**Parrhisiis, Millesimo qui[n]ge[n]tesimo octauo**

Vel sic breuius.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70768](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70768)



Distinguit septem penitētia consecra quinqs.  
Auctorem quarum tibi declaro gratianum,

¶ Vel sic breuius.

¶ **L.** distinguit. xi. causasq; decem tria cum sex.  
¶ Penitet. v. versum vult consecrare reuersum.  
¶ Hunc ponenda et notanda sunt exēpla allega-  
tionū. et de prima pte decre. nota q; illa syllaba  
di. vel dis. et sola littera d. significat distinctionem  
Et nūerus immediate sequēs denotat quotā disti-  
ctionis. Ultimū ponit p̄cipiū canonis vel capi-  
tuli in quo auctoritas vel allegatio cōtinet. Exē-  
plū accipe in prima pte decreti vbi sic allegatur.  
viij. distinctioe. Quo iure. et hoc sic abbreviat di.  
viij. quo iure. i. in p̄ma pte decreti in di. viij. illi<sup>o</sup>  
ptis in canone q̄ incipit. Quo iure. Aliud exēplū  
di. xxxvij. Hōne. et c. Legimus id est in p̄ma pte  
decreti in distinctione tricesima septima eiusdē ptis  
in canonib<sup>9</sup> qui incipiunt. Hōne. et c. Legimus.  
¶ Item aliud distin. xl. multi. et. c. non loca. et. di.  
L. ponderet quod declaratur vt prius. In sc̄da p-  
te decreti nota q; per numerū positū ante litterā  
.q. datur intelligi quota cause. Et sic oīa talia ad-  
iectiua nūeralia prima sc̄da tertia quarta. et c. vsq;  
q; ad tricesimā sextā ante litterā. q. posita sem-  
per includūt hoc substantiuū causa Hec debet il-  
le nūer<sup>9</sup> excedere. xxxvi. q; nō sunt plures cause  
in sc̄da parte decreti et per litteram. q. intelligi-  
tur questio in noiatiuo vel alijs casibus sc̄bz exi-  
gentiā congruitatis. communiter tamē in abla-  
tuo allegat questione. Sed per nūerum sequen-  
tem istam litterā. q. designatur quota questionis  
illius cause premisse. Et sic nūerus sequens erit



adiectiuū istū substantiuū q̄stione p. q. designati  
 qd̄ nunq̄ subintelligit̄ sed semp̄ expresse ponit̄.  
 ¶ Ultimo subiungitur canō vel capitulū illius  
 q̄stionis in quo auctoritas allegata queri debet  
 Exēplū sume de secūda parte decreti vbi sic al  
 legatur p̄ma questione prima p̄cipatus. r. c. cū  
 paulus. Et solet ita breuiari. i. q. i. p̄cipatus et  
 valet tm̄ in secūda parte decreti in prima causa  
 illius partis r̄ in p̄ma questione illi p̄me cause  
 in canonibus incipientibus. P̄cipat̄. Et cum  
 Paulus. Istō obseruato q̄ in toto iure non bre  
 uiatur principiū canonis capituli vel legis. sed  
 semp̄ itegre ponit̄ put̄ i libro cōtinet̄. ¶ Aliud  
 exēplum. xi. q. iij. Inter verba. xvij. q. iij. Si q̄s  
 suadente. Item. xij. q. i. Nōli estimare r. c. Mi  
 litare. xvi. q. v. nō liceat r. c. auruspicine. v. nec  
 ideo. declara sic ista exempla r̄ signāter ultimū. i.  
 in sc̄da parte decreti i causa. xxvi. In questione  
 quinta eiusdē cause. In canonibus qui incipiūt  
 nō liceat. r̄ Auruspicine in ver. Nec ideo. tū  
 tractat̄ de penitentia i seric̄ i q̄stione tria ipsius  
 cause tricesime it̄e vt supra dictū ē. Ideo suma  
 tur exēplū vbi sic allegat̄. de penitētia distincōe  
 p̄ma homicidior̄ r̄ capitulo Homicidiū hoc sic  
 breuiat̄ de pe. di. i. Homicidior̄ r̄ c. homicidiū .  
 i. in sc̄da parte decreti in causa. xxxij. i questione  
 tertia illi. xxxij. cause in distincōe. i. illi q̄stio  
 nis in tractatu de penitentia in canonibus qui i  
 cipiūt Homicidiorum r̄.  
 ¶ Aliud exēplū de penitentia di. v. Sportet ei  
 de pe. di. vij. r̄ vlti. c. i. it̄ellige vt prius. Et sp̄aliē  
 declarat̄ ultimū id est i tractatu d̄ penitē. dist. vij.



et vlti. illius tractatus de penitentia in ca. i. huius  
distinctionis. Et sic quando allegatur. c. i. ij. vel. iij.  
non ponitur principium capituli vel canonis. **De**  
**De** tertia parte decreti pone exemplum ubi alle-  
gat hoc modo de con. dis. i. ca. **Nocte** sc̄ta et ca.  
**Missas. 7 ca. Dis xpianus.** Quod ita breuiatur  
sic intelligit id est in vltima parte decreti quod inti-  
tulat de consecratione in prima distinctione illius partis  
in canonibus quod incipiunt nocte sc̄ta. 7 c. missas. et  
c. ois xpianus. Item aliud exemplum de con. dis. ij. In  
christo 7 cap. **Liquido.** de con. distincti. v. non me-  
diocriter. 7 c. ne tales. 7 c. nusquam. i. de consecra. di-  
stincti. sc̄da 7 quinta. in capitulis incipientibus. In  
cena. **Liquido.** 7 **Non** mediocriter. 7 c. **Non** debet  
autem in tertia parte decreti. ultra quintam distinctionem  
allegari sicut nec in sc̄da parte ultra septimam. Et  
in prima parte non ultra centesimam primam. Quia  
nulla partium plures habet distinctiones. ideo ul-  
tra allegans notaret tanquam imperitus errare. Et  
quod in qualibet parte decreti sunt distinctiones nota  
differentiam in allegando. **Item** quando allegat distinctio  
absolute cum numero sine addito alterius determina-  
tionis. ut dicendo di. ij. iij. iij. vel. v. 7c. tunc queren-  
dum est in prima parte decreti ubi sunt centum et  
vna distinctiones. **Quoniam** autem allegatur distinctio  
cum addito de penitentia ut sic de pe. di. i. ij. iij. 7c.  
tunc queri debet in sc̄da parte decreti in causa. xxxij.  
et. q. illius cause ubi ponitur tractatus de peni. quod ha-  
bet septem distincti. ultra quas non allegabis ibi  
si velis iurista videri. Sed si allegatur distincti. cum  
addito tali de consecratione ut sic de con. di. i. ij. vel  
iij. 7c. tunc querat in tertia parte decreti ubi sunt



tm. v. dist. nec etiā plures allegabis alias te ostē  
 dis iuris ignaz. Et sic in oibus his tribus parti-  
 bus decreti allegat distinctio cū quota sequente  
 sub ea differētia q̄ interdū nulla determinatio p̄-  
 cedit vt in prima pte. interdū p̄cedit hoc duplr  
 aut p̄cedit de pe. vt i sc̄da pte decreti. aut de con-  
 secratione vt in tertia parte decreti. ¶ Item in  
 secūda pte allegat quota causa tacēdo illud no-  
 men causa s̄z subintelligēdo ⁊ sic etiā in femini-  
 no genere adiectiuū numerale substātiuā inclu-  
 dendo suū substātiuū vt p̄ma / sc̄da / tertia. quar-  
 ta. ⁊c. subaudi cā / deinde substantiuū. q̄stio cum  
 suo adiectiuo expresse ponit sc̄z p̄ma sc̄da tertia  
 quarta. ⁊c. Postea initiū canonis vt Dis ponde-  
 ret. Nonne legim⁹ ⁊c. Etiā p̄ paragraphos alle-  
 gatur omissio noīe capituli. ⁊ subiungitur princī-  
 piū paragraphi. vt. ij. q. vi. §. biduū. ⁊ frequēter  
 q̄n allegat caplm̄ nō ē op⁹ allegare paragraphū  
 et econuerso. Si vero capitulū est longū dicatur  
 in p̄n. me. v̄l si. vbi auctoritas v̄l text⁹ allegatus  
 habetur. Finalit̄ igif̄ p̄ huius decreti ptib⁹ me-  
 morandis vide hos qui sequuntur versus.  
 Dilige decretum si gliscis canonicari.  
 Distinguit / causat. penitet. atq; sacrat.

¶ Et hec de primo libro.

¶ Secūdus liber iuris canonici q̄ Decretales no-  
 miat a Gregorio pa. ix. cōposit⁹ ē q̄ i vna cōpilatio  
 nē redigi pcurauit p̄ m̄gr̄m Raymūdū suū capel-  
 lanū diuersas decretales epl̄as p̄decessorū suorū  
 corrigēs ⁊ p̄cordās. Et hoc circa annū dñi Mille-  
 simū ducētesimū tricesimū p̄mū. Et sic pene an-  
 nos. xxxviij. post cōpilationē decreti. decretales

decretales  
 a quo com-  
 posite sunt  
 et quando.